

s per-
qua de
ti ina-
rdotes,
niunt.
mperi-
on fu-
am re-
liscen-
ropul-
Vano
s im-
t reli-
m ma-
ri, di-
ntiam
etrum
ue so-
fuere
uobus
us ex
e non
m ex
uorum
m alii
ris of-
qui-
m'nis-
pro-
iginti
us.

arceris
issimi
trema
te in
blice
post
vili in

plaustro per vias primum
hujus metropolis, tum ali-
arum Japoniæ urbium
sexcentorum milliario-
rum itinere terrestri, quo
ignominia et terror latius
spargerentur, summa hie-
me circumducuntur, præ-
eunte lictore, ac senten-
tiam crucis in eos præfe-
rente, quod vetitam a ty-
ranno Christi legem præ-
dicassent. Illud memoria
dignum in itinere accidit
ut adolescenti Japonensi
Antonio alteri ex Tertia-
riis parentes occurrissent,
eumque blanditiis et la-
crymis conarentur addu-
cere ut Christo fidem fal-
leret; quibus constantis-
sime obstitit, affirmans se,
terrenis omnibus ac tran-
sitoriis despectis, unice
Christo adhæsurum, qui
sibi æterna et cœlestia
repromisit; dein vestem
qua operiebatur eis resti-
tuit. Tandem Nangasa-
chium perducti, crucibus
affiguntur, quæ jam in
quodam colle quasi in
Calvario paratæ erant;
postea in altum elati,
Christi fidem haud prædi-
care cessabant. Enituit
quidem Paulus Miki, qui
e triumphali illa crucis
cathedra ad circumfusam
multitudinem pro chris-
tiana religione peroravit,

illud palam sibi gratula-
tus quod in cruce ut Chris-
tus Dominus, eademque
atque ille ætate, supre-
mum expleret diem. Pos-
tremo singuli ab imis la-
teribus ad humeros binis
lanceis transfixi, victrices
animas cœlo inserendas
emisere. Suorum mili-
tum gloriosum certamen
variis Deus condecorare
voluit signis: quibus rite
probatis, sacrorum Ritu-
um Congregatio ad eorum
canonizationem quando-
cumque deveniri posse
decrevit. Interim Urba-
nus octavus, Pontifex Ma-
ximus, habita hujus de-
creti relatione, de eisdem
Martyribus utpote in Bea-
torum fastis adscriptis
Officium et Missa quotan-
nis recitari et celebrari
indulsit. Tandem divinæ
Providentiæ consilio fac-
tum est ut Pius nonus,
Pontifex Maximus, hu-
jusmodi judicium ad exi-
tum perduceret. Quare
sacro Pentecostes die an-
ni millesimi octingente-
simi sexagesimi secundi,
magna et illustri purpu-
ratorum Patrum et Epis-
coporum, qui ex omnibus
orbis catholici partibus
ad protuenda Ecclesiæ et
Sedis Apostolicæ jura con-
venerant, corona circum-